

Forum s. venditio  
Salis in Civitate  
Gorliz cum omni  
usu et fructu s.  
per Consules exer.  
cendum donata  
Civitati

munioni Civitatis ejusdem de nostra  
Celsitudinis gratia speciali Forum  
sive venditionem Salis in Civitate  
Gorliz predicta cum omni usu fructu  
Lucro seu utilitate inde provenientibus  
in usus utiles Communitatis ejusdem  
juxta discretionem ipsorum pro suo be-  
neplacito convertendos, ad habendum  
et tenendum per Consules et successores  
ipsorum perpetuis in antea temporibus  
damus, conferimus et donamus, Distri-  
cti mandantes omnibus et singulis  
officialibus et fidelibus nostris, qui  
nunc sunt aut fuerint pro tempore,  
quatenus Cives eosdem in presenti do-  
nationis nostra gratia non impedi-  
ant, sed ipsis potius favcant effectua-  
liter et intendant. Sub harum quas  
Majestatis nostre sigillo commu-  
niri fecimus testimonio Literarum.  
Dat. Praga Anno Domini Millesimo  
Trecentesimo Quadragesimo septimo  
Indictione XV., XVII. Kaln. Octobr.  
Regnorum nostrorum anno secundo.

Cive  
ob

Sub  
nts